

*Fel ex Willm de Clercq
tra Holm*



RERUM ET URBIS AMSTELODAMENSIVM HISTORIA.

*In qua Hollandie priuatu atque inde Amstelodamie,
oppidis, natales, exordia, progressus, primitiva, statuta
etiamq; mirabilia cum nova urbe incrementis con-
mercissis ac navigationibus longinquis, aliquae ad
polinem spectantia, additis sic loco tabulae et maijs,
ad hanc usque tempora observata annorum serie
acutissimis omnibus deducuntur.*

Auctore
IOH ISACIO PONTANO.

*Accident sed nescio Auctores venientes duos monum ent
ab aliis quatenus et serua serie publice indicabunt.*

AMSTERODAMI

*Sub Cava... Venit... excudit
Iudeus Nostri... Anno D. 1611.*




Amstis Amico.

maximæque celeritatis: de quibus omnibus cum alij satis multa dixerint hæc vel obiter posuisse hoc loco sufficiat.

*Animantia Iavae
principia.*

Inter cætera animantia, quæ Iava producit, Elephantus est, cicuratus & mansues præcipuè hoc tractu: Eiusque in exantlandis laboribus maximus hic usus: & præter ministerium quod vehendis oneribus præstat, etiam bello utilis habetur. Dentes verò in operibus & instrumentis monilibusque fabricandis tanti fiunt, ut ex Æthiopiæ parte quæ est à Sofala, usque ad Melinde, singulis annis in Indiam devehantur millies sexcenta Pondo, præter eos dentes qui ex his & reliquis Indiae insulis convehuntur. Non exigua etiam huius Eboris pars ad Sinas defertur.

32



Rhinocerotem quoque haberi indigenæ nostratis affirmabant; venditumque ipsi cornu, quod unicornu loco domum reportarunt; tametsi unicornu non sit, ut ij referunt quise probe scire autumant. Huius animalis color Elephanto fere similis est, magnitudo Tauri forma apro proxima, præsertim quod ad rostrum attinet, demto naso qui cornu quoddam est recurvum, omni osse durius: eoque pro armis utitur, ut aper dentibus. Habet etiam duo cingula tanquam draconum volumina, à dorso usque ad uterū circumdeuntia, alterum jubam versus, alterum ad lumbum. Cervos vero & cervas Iava plurimas alit: ijque sclopétis præcipuè transfigi cum soleant, nec eo armorum genere Iavani cum satis commodè uti norint, maximi sèpenumero eorum greges turmatimq; vagantes cōspicere est. Præter apros & uros bovesque silvestres, qui magna copia habentur, boves etiam & buculæ cicures sunt, lac effuse præbentes. Nec desunt simiæ & simij & inter aves Gallinæ ac Galli gallinacei pavonesque ac psittaci, milleque formarum alites alij. Sed præcipuè admirationem meretur Emis avis, quæ nostris à Rege Iacatræ dono missa, Amstelodamum etiam viva ac salva perlata est, sed de ea suo mox plura.

*Crocodili à
Chinensib⁹
cicurātur.*

Nidulantur & Crocodili in Iava fluminibus: qui in latebris suis insidias naviculis struentes totos sèpenumero homines auferunt. Narrant nostrates Crocodilos hosce singulari ingenio à Chinensibus vivos capi, intraque ædes certo exinde loco pasci ac curari: & mox probè pastos pinguesque redditos inter eduliorum delicias haberi. Christopherus Acosta ait virgam fieri ex arbore avellane Indicæ, duorum digitorum crassitudine, ad Crocodilos venandos.

Supereft